



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapesti, I., Lipótmezei-út 6. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto  
Pretium praesolvendi annum (4 P 80 f.) 4 tinnuli 80 filleri.

## Lectoribus salutem!

Abdicavit se munere moderandae ephemeridis «*Iuventutis*» reverendissimus dominus *dr. E. Keménes*, biennio de eadem re vel optime meritus.

Ex consulto Societatis Magistrorum<sup>1</sup> Intermedischolarium Catholicorum traditum est idem munus infrascripto, qui olim tempore belli maximi itidem biennio *Iuventutem* iam construebam.<sup>2</sup>

Cum itaque munus construendi post decennium iterum ineam, licet imprimis nomine iuventutis studiosae summas pro meritis<sup>3</sup> gratias agam praedecessori<sup>4</sup> meo, honoratissimo doctissimoque viro *E. Keménes*, quem officia praestantiora ab hoc munere revocaverunt.

Dein licet<sup>5</sup> ephemeridemque *Iuventutem*, meque novum eius constructorem benevolis gratiis recommen-

dem omnium huiusce ephemeridis lectorum, amicorum atque protectorum.

Ego quidem, in quantum potero, adiuvante Deo semper summis viribus in eo laborabo, ut haec Latina *Iuventus* quam plurimo sit emolumento<sup>6</sup> *latinitati*, nec non moribus christianis et ingenio<sup>7</sup> Hungarico iuventutis nostrae studiosae. Ceterum grandia<sup>8</sup> profiteri absit a me. Tantum audebo, quantum valebo; id est, quantum valebunt et humeri, et valetudo, et anni.

\*

Nonnulla tamen praefari licet de mutatis quibusdam in construendo articulis et nuncupationibus<sup>9</sup>:

1. Visus sum mihi nempe pro *moderatore* ephemeridis nominari *constructor*.

<sup>1</sup> Katholikus Középiskolai Tanáregyesület <sup>2</sup> szerkesztettem <sup>3</sup> érdemeiért <sup>4</sup> elődömnek <sup>5</sup> hadd  
<sup>6</sup> gyarapodására <sup>7</sup> magyar jellemének <sup>8</sup> nagy dolgokat ígérni <sup>9</sup> elnevezésekről.



2. Pro nuntiis recentissimis aptior est visus titulus: *ex diurnis*.<sup>10</sup> — Quantum enim nos cum nostris nuntiis absumus ab illis, qui bis, terve quotidie per fora viasque nuntios recentissimos clamitantes pervolant!

3. Quae sub titulo *gymnicorum* prodibant quaeque vulgo *athletica* dicuntur, ad nostram intentionem magis convenient<sup>11</sup> sub titulo: *Virtutes corporis*.

4. Itidem nonnisi inscripta capita sunt nova: *Ex archivo*<sup>12</sup> *religioso*, atque *Ex archivo Latino Hungarorum*; specimina<sup>13</sup> namque eiusdem generis iam et in primo *Iuventutis* numero (anno 1910. Cal. Jan.) prodierunt inscripta «Christus nascitur» (Lucae evangelii 2. 1—20. et si non ad verbum), atque «De origine Hungarorum» specimen cum facsimili ex Anonymi Gestis Hungarorum.

5. Cum denique et ipsa novissime emissa Ratio Studiorum<sup>14</sup> legenda in gymnasiis Plauto, Plinio, lyricis, philosophis et patribus ecclesiasticis<sup>15</sup> curet amplificari, — haud

obstabit rationi in *Iuventute* e quam plurimis *auctorum Romanorum* specimina apte selecta publicare.

Insuper etiam hoc unum rogare velim: Sit venia primo huic numero tam tarde prodeunti.

*Iosephus Irsik.*

<sup>10</sup> a napi eseményekből <sup>11</sup> jobban illenek <sup>12</sup> írástárból <sup>13</sup> szemelvények <sup>14</sup> tanterv <sup>15</sup> egyházzatyákkal.


## EX ARCHIVO RELIGIOSO

### Christiana formula precum.<sup>1</sup>

Reperitur orandi<sup>1</sup> formula, quam Christus discipulos suos docuit, quaeque nuncupatur<sup>2</sup> *Pater noster*, in evangelio sancti Matthaei, nec non<sup>3</sup> in illo sancti Lucae.

Praemissa<sup>4</sup> autem edocendi sic tradit Lucas in capite XI-mo: 1. Et factum est, cum

<sup>1</sup> imádság <sup>2</sup> neveztetik <sup>3</sup> nemkülönben <sup>4</sup> előzményeit.



### Lupus volare<sup>1</sup> didicit.

Lupus, vulpes et lepus boni amici erant in silvis. Aliquando<sup>2</sup> cursu<sup>3</sup> certabant per campum. Tum repente<sup>4</sup> terra eos devoravit; nam unus post alterum in lupi-foveam<sup>5</sup> incidit.

Ibi prima die lupus et vulpes devoravit<sup>6</sup> leporem; altera die comedit lupus vulpem; tertia die denique ad desperationem<sup>7</sup> lupus ululare<sup>8</sup> coepit.

Audivit ululatum aquila et multos ramos<sup>9</sup> lupo in foveam deiecit. Lupus per ramos evasit<sup>10</sup> e fovea. Deinde sic ait ad aquilam: Gratias ago tibi, aquila, quod me ex fovea liberavisti.

Adhuc<sup>11</sup> unum te rogo: doce me volare! Respondet ei aquila: Libenter te docebo. Ambabus tuis manibus arripe<sup>12</sup> ambos meos pedes. Nunc ego alis librabo<sup>13</sup> me in auram. Sic est! Statim volabimus; immo<sup>14</sup> iam volamus.

Aquila iam sublime<sup>15</sup> volat cum lupò et interdum<sup>16</sup> interrogat eum: Num, carissime lupo, videsne adhuc terram?

Respondet lupo: Video.

Aquila altius volat et rursus interrogat: Frater lupo, videsne adhuc terram?

Video—ait lupo.

Aquila altissime<sup>17</sup> iam volat et iam tertio interrogat lupo: Frater lupo, etiam adhuc<sup>18</sup> vides terram?

Iam non video.

Si ergo non vides, dimitte<sup>19</sup> meos pedes; nunc iam satis scis volare.

Lupus dimisit aquilam. Sed, vae, vento citius praecipitat per auram. Ubi iam terrae appropinquat, conspicit saxum.

Fuge, saxum! ne te conteram. — clamitat desuper.<sup>20</sup>

Stat saxum impermotum.<sup>21</sup> Lupus vero misere<sup>22</sup> confractus iacet in saxo.

<sup>1</sup> repülni tanul <sup>2</sup> egyszer <sup>3</sup> futásban versenyeztek <sup>4</sup> hirtelenül <sup>5</sup> a farkasverembe <sup>6</sup> felfalta <sup>7</sup> kétségbeesésig <sup>8</sup> üvölteni <sup>9</sup> ágat <sup>10</sup> kimászott <sup>11</sup> még egyre <sup>12</sup> fogd meg <sup>13</sup> fellebbentem magamat <sup>14</sup> sőt már <sup>15</sup> magasán <sup>16</sup> közönkint <sup>17</sup> nagyon magasán <sup>18</sup> még mindig <sup>19</sup> ereszd el <sup>20</sup> felülről <sup>21</sup> rendületlenül <sup>22</sup> nyomorultul összetörve



eset in quodam loco orans, ut cessavit,<sup>5</sup> dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit et Joannes discipulos suos. — 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: *Pater...* etc.

Secundum Matthaëum (cap. VI. verss. 1—8.) praemittit<sup>6</sup> Christus, quomodo faciendae sint eleemosynae<sup>7</sup> et preces, ac tum demum discipulis formulam tradit orandi:

9. Sic ergo vos orabitis: *Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum.*

10. *Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra.*

11. *Panem nostrum supersubstantialem\* da nobis hodie.*

12. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.*

13. *Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.*

<sup>5</sup> amikor abbahagyta <sup>6</sup> előrebocsátja <sup>7</sup> az alalmazkodások \*az élet fenntartására szükséges (apud Lucam: quotidianum = mindennapi).

## EX AUCTORIBUS ROMANIS

### Caii Plinii Secundi vita

ex Caii Svetonii Tranquilli libro *De viris illustribus*.

Plinius Secundus, Novocomensis,<sup>1</sup> equestribus militiis industrie<sup>2</sup> functus,<sup>2</sup> procurationes<sup>3</sup> quoque splendidissimas atque continuas<sup>4</sup> summa integritate<sup>5</sup> administravit, et tamen liberalibus<sup>6</sup> studii<sup>6</sup> tantam operam dedit, ut non temere<sup>7</sup> quis plura in otio scripserit. Itaque bella omnia, quae unquam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus<sup>8</sup> comprehendit. Item *naturalis historiae*<sup>9</sup>

<sup>1</sup> novocomumbeli (ma: Como, Felső-Itáliában) <sup>2</sup> buzgón szolgálva <sup>3</sup> pénzügyi helytartóságokat is <sup>4</sup> folytatólagos <sup>5</sup> teljes becsületességgel <sup>6</sup> szabad emberek által művelt tudományos törekvéseknek akkora fáradságot szentelt <sup>7</sup> nem egykönnyen <sup>8</sup> húsz kötetben foglalta össze <sup>9</sup> természetrajz.

— Perlegam ego — dicit lupus insolens.<sup>12</sup>

— Age, perlege! Accede propius!

Ubi lupus stolidus<sup>13</sup> propius figuram in calce mulae scrutatur,<sup>14</sup> calcitratu<sup>15</sup> vehementissimo illa ei caput perfringit.<sup>16</sup>

— Non omnes prudentes sunt, qui legere sciunt, — ait vulpes discedens.

### II. Apud Vesuvium.

Latine reddidit Corn. Pallós d. IV. cl.

Italus quidam deduxit amicum suum Americanum ad Vesuvium, qui forte mediocriter fumum ignemque vomebat.

Heia! — dicit Italus — hujusmodi<sup>17</sup> vos in America non habetis.

Ita est — respondet Americanus tranquillus. — At nos habemus Niagaram, cuius cataractae<sup>18</sup> dimidium quinque secundis totum hunc tumulum fumosum extinguere queat.<sup>19</sup>

<sup>1</sup> öszvér <sup>2</sup> találkozott <sup>3</sup> szokatlan látványától <sup>4</sup> újfajta <sup>5</sup> azt a csodát <sup>6</sup> hogy miféle fajta <sup>7</sup> felkeresik <sup>8</sup> tudakolja <sup>9</sup> okosan <sup>10</sup> a hátulsó patámon <sup>11</sup> a ravaszabb <sup>12</sup> szentelen <sup>13</sup> ostoba <sup>14</sup> vizsgálja <sup>15</sup> nagyon erős rúgással <sup>16</sup> szétzúzza <sup>17</sup> efféleitek... nincs <sup>18</sup> víz-esés <sup>19</sup> el tudja oltani.



### I. Vulpes, lupus et mula.<sup>1</sup>

Latine reddidit Ladislaus Nagy d. VI. cl.

Vulpes olim in silva occurrit<sup>2</sup> mulae.

Asinum iam noverat vulpes, noverat et equum: sed mulam adhuc nondum viderat; itaque insolita<sup>3</sup> specie animalis perterrita in fugam se convertit. Dum in silva vagatur, convenit<sup>2</sup> lupum enarratque ei, quale novum genus<sup>4</sup> animalium viderit.

Monstrabis mihi portentum<sup>5</sup> illud, — ait lupus — iam ego videbo, quod sit genus.<sup>6</sup>

Itaque requirunt<sup>7</sup> ambo mulam et lupus sciscitat<sup>8</sup> ab ea nomen.

Nomen meum non venit mihi in mentem; — respondet astute<sup>9</sup> mula tremens — sed inscriptum est mihi in calce<sup>10</sup> postica; si vis, perlegas licet.

— Ego legere nescio — ait vulpes astutior.<sup>11</sup>



triginta septem libros absolvit. Periit clade<sup>10</sup> Campania. Nam quum Misenensi classi praeesset et, flagrante Vesevo,<sup>11</sup> ad explorandas propius causas, liburnicas<sup>12</sup> praetendisset; neque, adversantibus ventis, remeare<sup>13</sup> posset, vi pulveris ac favillae<sup>14</sup> oppressus est; vel, ut quidam existimant, a servo suo occisus, quem, deficiens aestu,<sup>15</sup> ut necem sibi maturaret,<sup>16</sup> oraverit.

<sup>10</sup> elemi csapásában <sup>11</sup> a Vezuv (égése) kitörésekor  
<sup>12</sup> gyorssevezős hajóit előre hajtotta <sup>13</sup> visszatérni  
<sup>14</sup> parázs <sup>15</sup> a hőségtől elsenyvedve <sup>16</sup> hogy siettesse.

\*

Ex Caii Plinii Secundi *Naturalis Historiae* libro II. capita 72—76. (74—78.): gnomonica<sup>1</sup> de diurna luce; ubi et quando nullae umbrae, ubi bis anno, ubi in contrarium<sup>2</sup> umbrae ferantur;<sup>3</sup> ubi longissimi dies, ubi brevissimi; de primo horologio.<sup>3</sup>

72. (74.) Vasaque<sup>4</sup> horoscopa<sup>3</sup> non ubique eadem sunt usui,<sup>5</sup> in trecenis stadiis, aut, ut longissime, in quingenis mutantibus semet umbris solis. Itaque umbilici,<sup>6</sup> quem gnomonem<sup>7</sup> appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore aequinoctii<sup>8</sup> die paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit, in urbe Roma nona pars gnomonis deest<sup>9</sup> umbrae, in oppido Ancona superest<sup>10</sup> quinta tricesima, in parte Italiae, quae Venetia appellatur, isdem horis umbra gnomoni par fit.

73. (75.) Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque milibus stadium, solstitii<sup>11</sup> die medio nullam umbram iaci,<sup>12</sup> puteumque<sup>13</sup> eius experimenti<sup>14</sup> gratia factum totum inluminari. Ex quo apparere tum solem illi loco supra verticem<sup>15</sup> esse, quod et in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem *Onesicritus* scribit. Constatque in Berenice urbe Trogodytarum, et... in Ptolemaide oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinque diebus totidemque postea fieri, et per eos XC dies in meridiem<sup>16</sup> umbras iaci. Rursus in Meroë — insula haec caputque gentis Aethiopum V milibus stadium a Syene in amne Nilo habitatur — bis anno absumi<sup>17</sup> umbras, sole duodevicesimam tauri<sup>18</sup> partem et quartam

decimam leonis<sup>18</sup> tunc obtinente. In Indiae gente Oretum mons est Maleus nomine, iuxta quem umbrae aestate<sup>19</sup> in austrum, hieme in septentrionem iaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet septentrio.<sup>20</sup> In eadem India Patalis, celeberrimo portu, sol dexter<sup>21</sup> oritur, umbrae in meridiem cadunt. Septentrionem ibi Alexandro morante adnotatum prima tantum parte noctis aspici *Onesicritus*, dux eius, scripsit: quibus in locis Indiae umbrae non sint, septentrionem non conspici, et ea loca appellari ascia,<sup>22</sup> nec horas dinumerari ibi.

74. (76.) Et tota Trogodytice umbras bis quadragenis quinque diebus in anno *Eratothenes* in contrarium cadere prodidit.

75. (77.) Sic fit, ut vario lucis incremento<sup>23</sup> in Meroë longissimus dies XII horas aequinoctiales<sup>24</sup> et octo partes unius horae colligat;<sup>25</sup> Alexandriae vero XIV horas, in Italia XV, in Britannia XVII, ubi aestate lucidae noctes haud dubie se promittunt,<sup>26</sup> id quod cogit ratio credi: solstitii diebus, accedente sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu subiecta<sup>27</sup> terrae continuos dies habere senis mensibus; noctesque<sup>28</sup> e diverso ad brumam<sup>29</sup> remoto.<sup>30</sup> Quod fieri in insula Thyle *Pytheas* Massiliensis scribit, sex dierum navigatione in septentrionem a Britannia distante...

76. (78.) Umbrarum hanc rationem,<sup>31</sup> et quam vocant gnomonice,<sup>32</sup> invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus, primusque horologium,<sup>33</sup> quod appellant sciothericon,<sup>34</sup> Lacedaemone ostendit.

<sup>1</sup> napórás árnyékjelzés <sup>2</sup> vetődnek az ellenkező irányba <sup>3</sup> óra, napóra <sup>4</sup> időmérő (árnyékmérő) eszközök <sup>5</sup> használatban <sup>6</sup> árnyékóra mutatója <sup>7</sup> árnyékmutató pálca <sup>8</sup> napéjegyenlőség <sup>9</sup> hiányzik <sup>10</sup> többlet van <sup>11</sup> a nyári napfordulás delén <sup>12</sup> vetődik <sup>13</sup> gödör, kút <sup>14</sup> azon kísérlet érdekében <sup>15</sup> fejtető <sup>16</sup> délfelé vetődnek az árnyékok <sup>17</sup> fogynak semmivé <sup>18</sup> az állatöv (zodiacus) bika, illetőleg oroszlán jegye <sup>19</sup> nyáron dél felé, télen észak felé <sup>20</sup> az északi sarkesillagzat (göncölszekér) <sup>21</sup> jobbkéz felől (t. i. ha szembe fordul vele az ember) <sup>22</sup> árnyéktalan <sup>23</sup> a nappali világosság különböző növekedése szerint <sup>24</sup> napéjegyenlőségi <sup>25</sup> foglal magában <sup>26</sup> ígérkeznek <sup>27</sup> t. i. loca subiecta <sup>28</sup> continuas = egyfolytában való <sup>29</sup> a legrövidebb világosságú téli napfordulat <sup>30</sup> t. i. sole <sup>31</sup> rendszerességét <sup>32</sup> görögös alakja a latinos *gnomonica*-nak (l. I. jegyzet) <sup>33</sup> óra mint időmérő eszköz <sup>34</sup> árnyékjeles óra.



## Vigilate Hungari!

1. *Conspiraverat per orbem  
pravorum<sup>1</sup> nequities;  
Miscuitque gentes bello  
detestato<sup>2</sup> millies.*
  2. *Ex quo mundus constat, nondum  
tanti bell' incendium<sup>3</sup>;  
Nunquam rerum<sup>4</sup> tanta strages,  
tanta clades<sup>5</sup> gentium...*
  3. *Iusti nos pro iusta causa  
arma iusta cepimus;  
Fortes nos pro vita gentis  
hoc in bello stetimus.*
  3. *Quattuor<sup>6</sup> annos dira<sup>7</sup> mundi  
cruciabant animos;  
Vae, sed plurima malorum  
pessimaque passi nos...*
  5. *Bello fessus fractus orbis  
insuper nos corruit;  
Medios ingenti mole  
runderum<sup>8</sup> nos obruit.*
  6. *Quanto minus hostis victor,  
— nonnisi superior<sup>9</sup>  
in ruina — tanto vindex<sup>10</sup>  
exstitit superbior.*
  7. *Ruderum nobis acervum  
destinavit tumulum,<sup>11</sup>  
Cui pacis a Trianon  
dictae fixit titulum.<sup>12</sup>*
- \*
8. *Fratres! nobis, dum spiramus,  
obstinata<sup>13</sup> mente dura  
Recusanda<sup>14</sup> 'st atrox ista  
infernalis sepultura!*
  9. *Horret animus perferre  
patriam dilaniatam,<sup>15</sup>  
Inclytissimamque gentem  
suffocandi<sup>16</sup> condemnatam.*

10. *Repetundi<sup>17</sup> prisci fines,  
quos dedit terrae natura;  
Reparanda<sup>18</sup> nobis decem  
saeculorum sancta iura!*

*Josephus Irsik.*

<sup>1</sup> a koresgonoszok gazsága <sup>2</sup> megátkozott <sup>3</sup> égés, tűzvész <sup>4</sup> javaknak akkora pusztulása <sup>5</sup> népeknek akkora veszedelme <sup>6</sup> (1914–18) <sup>7</sup> szörnyűségek <sup>8</sup> az omladékok óriási tömegével <sup>9</sup> csakis a romhalmazon kerekedve felül <sup>10</sup> annál dölyfösebb bosszúálló bírónak állott elő <sup>11</sup> a romok halmazát sírhalomul szánta nekünk <sup>12</sup> melyre az úgynevezett trianoni békét tüzte ki sírfeliratul <sup>13</sup> elszánt kemény akarat-  
tal <sup>14</sup> vissza kell utasítanunk ezt a sötétlelkű pokoli eltemtetést <sup>15</sup> a haza szétkoncolását <sup>16</sup> a legdicsőbb nemzetnek megfojtásra való kárhoztatását <sup>17</sup> vissza kell követelni <sup>18</sup> vissza kell szerezni.

### EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

#### Rex Atyla expugnat civitatem<sup>1</sup> Aquilegiam.

(Excerptum est hocce specimen<sup>2</sup> e chronicis, quibus titulus inscriptus: «*Marci chronica de gestis Hungarorum ab origine gentis ad annum M.CCC.XXX. producta*». Breviter: *Marci chronica picta*.)

Rex Atyla... pervenit tandem Aquilegiam, cuius quidem magnitudine conspecta abhorruit, et se confusum<sup>3</sup> reputans, si dictam urbem inexpugnabilem reliquisset, pro eo<sup>4</sup> maxime, quia plures rebelles Longobardi de Pannonia fugisse in ipsam ferebantur. Quos cum per nuntios a civibus repetisset, illosque tradere recusassent, expugnare coepit diversis machinis civitatem; quam cum capere nullatenus<sup>5</sup> potuisset, obsedit<sup>6</sup> eam uno anno et dimidio.

Accidit autem die uno, ut ipsam civitatem circumiret, multis Phitonicis<sup>7</sup> eius lateri adhaerentibus, in quibus iuxta fidei suae opinionem spem maximam apponebat, videns ciconiam de mari evolantem, et in tympano<sup>8</sup> unius palatii, in quo habebat nidum suum, resedissem, acceptoque in rostro<sup>9</sup> pullo<sup>10</sup> uno, in maris arundines<sup>11</sup> illum deportavit. Reversa iterato, et alios pullos

<sup>1</sup> Aquileja városát <sup>2</sup> szemelvény <sup>3</sup> megdöntöttnek <sup>4</sup> leginkább azért <sup>5</sup> semmiképen sem <sup>6</sup> ostromzár alatt tartotta <sup>7</sup> miltözben sok phitoni varázsló lógott az oldalán <sup>8</sup> oromzatán <sup>9</sup> esőrébe fogva <sup>10</sup> egyik fiókáját <sup>11</sup> a tenger nádja közé.



suos simul cum nido<sup>12</sup> transportavit. Quo viso Rex Atyla, suos milites ad se vocans, dici teis :

Cernite, socii, quod<sup>13</sup> ista ciconia futurorum fatorum indicia<sup>14</sup> notat, et urbem istam per nos sentit diruendam, ad fugam, ne pereat cum civibus, se communit. Estote ergo in proelio die crastina fortiores; videbitis civitatem ruituram.

Tunc edicto<sup>15</sup> proclamato, machinarum omnium genere adhibito,<sup>16</sup> cum non potuisset civitatem expugnare cum machinis, consilio Scythicorum usus, sellam<sup>17</sup> unam ex decies centenis milibus de quolibet postulavit, fecitque ex sellis iuxta muri circulum congeriem<sup>18</sup> vehementem, et iussit iucendi sellas ipsas, quarum flamma et ardore murus se dissolvens,<sup>19</sup> cum turribus in terram est prostratus.<sup>20</sup>

Quo viso, cives omnes derelicta urbe in insulam maris fugerunt; quandam insulam enim maris, Aquilegiae contiguam,<sup>21</sup> decreverunt introire, aeterno ibidem permansuri. Quae vetus Venetia usque hodie nominatur. In qua quidem aliquamdiu habitantes, propter metum Regis Atylae ipsa derelicta, insulam, quae Realth dicitur, intraverunt permansuri.<sup>22</sup>

<sup>12</sup> a fészekkel együtt <sup>13</sup> hogy <sup>14</sup> a bekövetkező végzetnek előjeleit jelzi <sup>15</sup> rendeletet kiáltatván ki <sup>16</sup> munkába véve <sup>17</sup> egy-egy nyerget <sup>18</sup> hatalmas halmot <sup>19</sup> bomladozva <sup>20</sup> elterült <sup>21</sup> összefüggő <sup>22</sup> hogy végleg ott maradjanak.

## VIRTUTES CORPORIS

### Certamina Olympiaca.

Iuvenem studiosum minime decet<sup>1</sup> vis rudis<sup>2</sup>; multo magis decent eum vires corporis eruditae; summopere ornant studiosum<sup>3</sup> vires nobiliores,<sup>4</sup> quas mens sana in corpore sano exercet politique<sup>5</sup>; quas animus regit evehitque<sup>6</sup> inter virtutes.

Tempore magnae vacationis permulta, quae gymnica atque athletica vocantur, evenerunt, quorum autem hic nunc nonnisi<sup>7</sup> de summis mentio fiat.

*Certamina*<sup>7</sup> ad analogiam antiquorum Graecorum sic dicta *Olympiaca* ultimis diebus mensis Julii *Amstelodami* habebantur.

In his certaminibus inter quadraginta quatuor (44) nationes mundi nos Hungari nonum per victorias locum obtinuimus.

Ad hunc successum<sup>8</sup> complures Hungarorum eminenter certando contulerunt.<sup>9</sup> Splendidissime vero certavit cohors<sup>10</sup> Hungarica *ensibus dimicantium* principalem<sup>11</sup> ensis<sup>11</sup> per orbem reportans victoriam.<sup>11</sup> Heroes huius certaminis erant A. *Petschauer* et E. *Terstyánszky*. Horum singularis<sup>12</sup> per orbem ensis princeps<sup>12</sup> evasit E. *Terstyánszky*, qui deinde ensem suum clarissimo rerum Hungaricarum protectori Rothermero dono dedit.

Itidem Amstelodami praeter certamina virium corporis propositum erat etiam certamen<sup>13</sup> ingeniorum<sup>13</sup> ad conscribendum librum de historia athleticorum. Etiam huius certaminis princeps per orbem victor Hungarus evasit, etquidem dr. *Franciscus Mező*, magister publici gymnasii *Matthiani* Budapestini.

<sup>1</sup> illik vkihez <sup>2</sup> nyers erőszak <sup>3</sup> a diákot <sup>4</sup> neme-sebb <sup>5</sup> kimüvel <sup>6</sup> felemel <sup>7</sup> versenyek <sup>8</sup> sikerhez <sup>9</sup> hozzájárultak <sup>10</sup> kardvívó csapat <sup>11</sup> megnyerve a kard világbajnoki győzelmét <sup>12</sup> a kard egyéni világbajnoka <sup>13</sup> szellemi verseny.

## EX DIURNIS

### Aestas aestuosa.<sup>1</sup>

Multis iam abhinc annis tam aestuosos non vidimus dies, quales aestate horna.<sup>2</sup> Sudabant rustici perusti sole, sudabant urbani fervore tosti.<sup>3</sup> Beati erant pueri, quibus in undis fluviorum et in lacu Balaton balneari<sup>4</sup> licebat. Agri vero hortique vehementissime aestum insolitum culpabant<sup>5</sup> avebantque<sup>6</sup> pluvias, sed frustra; tota enim aestate non amplius bis pluebat, neque id satis abunde.

### Hebdomada<sup>7</sup> regis Sancti Stephani.

Summo splendore festum primi regis Hungarorum, Sancti Stephani, mense Augusto per hebdomadam celebratum est. Plura milia fidelium ex omnibus partibus mutilati<sup>8</sup> regni Budapestum peregrinati<sup>9</sup> sunt, ut devotis<sup>10</sup>

<sup>1</sup> forró <sup>2</sup> idei <sup>3</sup> a hőségől fülledve <sup>4</sup> fürödni <sup>5</sup> sínylették <sup>6</sup> áhították <sup>7</sup> hete <sup>8</sup> megésonkított <sup>9</sup> zarándokoltak.



animis<sup>10</sup> interessent processioni solemnī, qua sancti regis *sacra dextera* in arce Buda circumferebatur. Inoblivibile<sup>11</sup> fabulosumque panorama sero vespere trans Danubium in arce propugnaculum piscatorum<sup>12</sup> templum Matthiae, regia,<sup>13</sup> deinde mons Sancti Gerhardi fulgore reflectorum collustrata praebebant spectantibus.

**Primus nationis congressus Eucharisticus. Vicesima catholicorum comitia<sup>14</sup> regnicolaria.**

Diebus mensis Octobris 4—5—6-to et 9-no primus nationis congressus Eucharisticus Budapesti celebrabatur. Munere legati Pontificis<sup>15</sup> Romani fungebatur in hoc congressu cardinalis *Iustinianus Serédi*. In ordine agendorum 5-to Octobris conventus solemnī iuventutis scholarum intermediarum<sup>16</sup> factus est. Oratores in hoc conventu erant: Aemilius Hudyma professor gymn., Otto Dsida regius rector superior,<sup>17</sup> Iosephus Koszterszicz rector Collegii a Sancto Emerico Soproniensis, Robertus Reichert praeses iuventutis Regni Mariani.

Diebus 7-mo, 8-vo et 9-no vicesima catholicorum magna comitia regnicolaria habebantur. Actus horum comitorum super omnes solemnī erat sacratissima processio e basilica Sancti regis Stephani in forum ante Curiam.<sup>18</sup> Pene sine fine longo ordine procedebant turmae fidelium sub variis<sup>19</sup> vexillis, quorum denique densa silva forum ante Curiam replevit. Preces devotissimae, hymni sublimes,<sup>20</sup> suavissimi concentus<sup>21</sup> musicorum animos cordaque sursum ad coelos evehebant.

Conclisit<sup>22</sup> concilia cardinalis, princeps-primas regni Hungariae, *Iustinianus Serédi* hisce fere verbis :


«Vicesima catholicorum comitia regnicolaria magna declarant<sup>23</sup> sequentia : Nos, catholici Hungari, semper uni erimus in sancta fide ; uni in castis moribus ; uni in sacramentis, praesertim in sacramento matrimonii ;<sup>24</sup> uni in infrangibiliter adhaerendo<sup>25</sup> petrae Petri ; uni in solvendis magnis problematibus socialibus ; denique uni in privata publicaue vita nostra.

Haec autem decreta etiam peragamus

contra quascunque contrarias auras<sup>26</sup>, etiam contra indifferentes<sup>27</sup> in religiosis animos. Isti enim indifferentes animi summi sunt hostes patriae nostrae Hungaricae.

Unum adhuc rogans iubilare nostrum concilium concludo. Hoc unum autem rogatum iam non ipsum concilium, sed tangit eius singula membra : Fratres ! Reportate passim per hanc miseram patriam charitatem Eucharistiae ; sic nos etiam in miseriis nostris divites erimus. Reportate passim infrangibilem ad sanctam fidem apostolicamque sedem adhaerentiam ; reportate mentem catholicae solidaritatis, *ut redire possit patria ad tempora eius beatitudinis, quando multitudini fidelium unum erat cor, unus animus*, et non solum in Eucharistia, sed etiam in vita quotidiana, unus erat panis. Magnae Patronae Hungarorum heri festum celebravimus. Ipsa tueatur vota virorum. Amen.»

<sup>10</sup> áhitatos lélekkel <sup>11</sup> felejthetetlen <sup>12</sup> halászbástya <sup>13</sup> királyi palota <sup>14</sup> országos nagygyűlés <sup>15</sup> pápa <sup>16</sup> középiskolák <sup>17</sup> főigazgató <sup>18</sup> az országház előtti térre <sup>19</sup> sok színű zászlók alatt <sup>20</sup> magasztos <sup>21</sup> zenekarok édes zenéje <sup>22</sup> berekesztette a gyűléseket <sup>23</sup> kimondja <sup>24</sup> a házasság szentségében <sup>25</sup> a törhetetlen ragaszkodásban <sup>26</sup> ellenáramlatok ellenére is <sup>27</sup> közönyösség ellenére.



Cn. Papius Carbo consul, qui pro partibus<sup>1</sup> Marii erat, a Placentinis, quamquam et ipsi partes Marii sequebantur, obsides<sup>2</sup> postulavit.

Marcus Castricius senex, qui tum Placentiae magistratum<sup>3</sup> gerebat, summo consulis imperio non obtemperavit.

Iratius itaque Cn. Pap. Carbo vim<sup>4</sup> ei mitabatur :

«Cave<sup>5</sup> tibi ! Ego multos gladios habeo» ...

Ad quae senex Castricius : «Et ego multos annos !»

✱

<sup>1</sup> Marius párthíye volt <sup>2</sup> túszokat követelt <sup>3</sup> elüljárói tisztségét <sup>4</sup> erőszakkal fenyegette <sup>5</sup> vigyázz magadra.




Periculose contumax<sup>6</sup> erat et Aulus Caesellius vir iuris civilis scientia clarus, cuius et Horatius mentionem facit in Arte Poetica.

Hunc, cum multa de partibus Caesaris liberius\* loqueretur, amici, ne id faceret, admonebant.

Respondit autem eis: «Duae res, quae hominibus amarissimae<sup>7</sup> videntur, magnam mihi licentiam<sup>8</sup> praebent: *senectus et orbitas*».<sup>9</sup>

<sup>6</sup> csökönyös \* szabadszájú módon <sup>7</sup> legkeseresebbnek látszik <sup>8</sup> szabadságot, merészséget <sup>9</sup> családnélküliség.

## AENIGMATA.




3×ra		ma×3
ma	3×ma	gna
ma	$\frac{3 \times \text{sem}}{\text{al}}$	ma

Intras per unam portam; exis per duas ianuas; et quando iam foris es, tum demum intus es. — Quid hoc?

Ad saltum equulei.

Cred'*	am	re	am	u	in
do	iu	in	Cred'	sur	ti
tri	u	Cre	sti	sem	num
i	Hun	nam	nam	am	rec
in	pa	vi	ga	De	pi
der'	De	um	ter	tam	ri



*Cunctis lectoribus*: Usque ad festum Nativitatis etiam alter et tertius numerus Iuventutis prohibet. Etiam qui desideratur pro mense Septembris, supplebitur; verisimile sub festo Paschatis, ita ut omnino pleni fiant pro anno numeri decem.

*Ad litteras*, quas mihi praedecessor tradidit, occasione data respondebo. — Precor simul cooperatores, qui adhuc erant, ut in gratis erga Iuventutem studiis perseverare dignentur.

Solutiones *aenigmatum* in numero proximo publicabuntur.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)